

quod excurrit adscribendas, ipsa tunc temporis necessitas  
suasit. De me securè statuas rogo, quàm cumque commo-  
dè inveniendi facultatem nactus ~~ero~~ fuero, totis in  
hoc viribus, et promptissimo affectu incubiturum. Vale  
Vir Nobilissime et me ama  
Haga Comitù 16. Oct. 1640. N. D. tua addictissimum  
C. H.

Nicolao Heinsio  
Danielis Filio.

(294).  
Non aggredior dicere, Invenum præstantissime, quàm  
in cimelijs habeam munusculum, ut ais, ego verò ut  
censeo, grande munus, quo his diebus me ditasti, neque  
enim par explicando sumi quantoperè placeat placuisse  
maximo Parenti, ut post Poematum suorum sæpe re-  
petitas editiones, nobile tu hoc tandem spicilegium  
faceres, legitimos annes et tanquam tibi consanguineos  
partus unâ fasciâ involutos orbi exhiberes. Facit  
Deus ne postremum hoc officii navaveris Patri, Musi  
amicis, tibi. Satis certè vegetâ et tate est, ut quotidi-  
duplicatum eat hoc volumen, neque, si me audiat, fa-  
cile desiturus est his subinde amantibus animum  
oblectare, gravioribus studiis curisque fatigatum, vel  
ut sæculum est, ineptis hominum quos illa minime  
decent, justâ cum indignatione comminatum. Salutem  
ei plurimam meo verbis dictam cupio, atque hoc ut  
credas maximo penes me in prætio esse virtutis ac  
doctrinæ tuæ, quæ non obiter noto, insignia incre-  
menta. Vale  
Tuis hæreditario affectu.  
13. Nov: 1640. C. H.

Bannio.

(295)  
Ternas mihi epistolas tuas, Banni amplissime atque  
amicissime, cum cæteris Gallorum scriptis hodiè Postius  
tradidit. Id si heri, vel ante noctis, ut quidam loquuntur  
est, meridiem accidisset, jam unâ operâ cum nonnullis  
meis per Tabellarium hedemadalem in Galliam avola-  
sent. At Septimana levis dispendium erit circa rem,  
neque ad animæ, neque ad Reipublicæ salutem magno  
perè spectantem. Ego hoc potissimum doleo atque  
indignor, promptior <sup>multo</sup> illis, quam par est, atque a scopo  
controversia, ut ab humanitate literarum longè  
alienissimos

alienissimos Gallorum impetus, ansam tibi quoque praebuisse à viâ deflectendi, bonasque horas, si quid candidè sic loquaci ignoscis, malè collocandi. deinde quod lingua suae ineptissimo, et mihi quidem haecenus inlogita mihi serias cum fastu xj metâ xevolatys pavlarias ven ditantes, alteram sic quoque inutili rei causam dederint praefantemque te multas ac diluentem, quibus commode caruissentis, grandium epistolarum authorem esse caegerint, qui, quod facis, ubi ad rem ventum est, compendio refutare poteras singula refragantium argumenta. Si me audis, amice, missa haec in posteram facturus es atque ad logicas argumentationes, ut capiti invitaturus proteruos Rhethores, facundia quidem suâ haecenus perperam abutentes. Ecce tamen Thesaurarij tui quam reputas <sup>et ampliore</sup> epistolam, secundi ut videtur, curis emendatorem eoque nomine demum mihi commendatam. Si postea prius quam de hac molestâ turbula manum tollas, ad ea qua passim addita vel interpolata invenies, ultra quid reponendum censeas. Poteras et hanc ante Biduum habuisse: sed cum ex Postio, quem accessiveram, intelligere destinassem cequid omnino ad Gallos rescripturus esses, unus et hic alter dies inter moram efflucit. quod mones denique, ut negotium transmittendarum Cantionum vestrarum ad praecipuos Principum Christianorum Musicos apud Mersennum promoveam, frustra laboras. Idem enim recentissimis ille literis a me flagitat, penes te ut procurem. Hac conditione ut eodem in folio, atque ex adverso, invicem sibi singula cantiones cum Bassis et quidem medijs, si visum est, partibus exactè describantur, musicis illis, hoc apparatus exhibenda, rogantes singulos Mersenne, utriusque authoris nomine, ut quam alteri praevaleat ex animo censuerint, ei suis manibus nomine collegarum, ad stipulationis notam verbis subserbere velint, damnatas autem Nigrum praefigere Theta. Si placet pactum (neque esse quidquam arbitror quod displiceat) rogaris, ut Ammannensi tuo, facto ad rem Musicam scriptori, exaranda quam disci tabula provinciam des. Dabo mox ego operam ut per proximos Tabellarios in Galliam asportetur, et quo tantorum Indicum futura sicut sententiae horribiles sententiae tecum Banni humanissime perquam avidè expectabo.

Eorum

Eorum qua hisce epistolis, ad Gallosim scripta reperis  
nihil nunc attingo. fateor esse, ubi ab illis, ubi a te  
dissentiam, et hanc quoque mihi libertatem ab aequitate  
tua debere censeo, donec pluribus edoctus in partes fortasse  
tuas transiturus sum, fortasse te in meas te pertra-  
cturus, quod licet vix sine risu a te legi sciam. Simi-  
latis sane vel conviciis, ut Galli amant, nunquam  
certabimus. Humanitate vero, et quali, haec argu-  
menta decet, suavi musicaque sermonum reciproca-  
tione. Sermorum inquam, Mi Banni, cum sic utriusque  
otia successiva ferent; non literarum. Jam enim  
ab epistolis ad libellos extendere mus, ut pene me  
vides facere, cui nec otium hodie ista prosequendi  
nec animus fuit. Ignosce recenti et calido ab episto-  
larum tuarum lectione, et voluptate disserendi cum  
amico pectore, facile abrepto. Equid porro in Gallia  
curatum velis inter hunc et proximum Lunos diem  
expecto. Vale vir doctissime et me ama. Haga  
Com: XVII. Cal: Febr: C1710C XLI.

Proximo affectu Tuus.  
C. H.

Boxhornio

Doctissime Domine.

(296)

Silui ad illam pridem mihi perspectam, nunc autem  
novis argumentis probatam humanitatem tuam,  
donec doctior utroque munere factus clarius intelli-  
gerem, quantum utriusque nomine deberem. Illud  
nunc lectorem stilo et scriptore, et argumentis do-  
cui, quorum ut ille politissimus perpetuum bene  
dicendi exemplar tironibus nobis est, hisce validissi-  
mis rationibus suffultas veritatem utriusque et  
patriae existimationem asseris invictè Хъ ававли дек:  
Тав. Salmasio enim non dilucide minus quam  
modeste (quod laudo) probas, faenebres measas,  
Trapezitarum rem privatam et propriam, non vero  
magistratus esse legibus patriis, quod erat demonstra-  
ndum, ut a procerum prudentia, quam ei maculam appli-  
care satagit, nos arceamus. Malinerosio, si candorem  
habet, ut doctrina non videtur expertus esse, jam  
persuasisti, Laurentii Costeri inuentum esse, incisus  
in